Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



59

profit quod dñs diuiti consilium capiende uite eterne requirenti ait. ut faceret si uellet esse perfectus. ut uenditis que habebat & indigentie pauperum distribuitis eum sequeretur. Aut quisquam tam tarpedine cursu secutus est dñm. quam ille qui ait non in uacuum cucurri. nec in uacuum laborauit. qui tamen opera ista & precepit & fecit. Hec nobis tanta auctoritas sufficere debuit. & relinquendi pristinas facultates & manibus operandi. OBIECTIO Si apostolus corporale opus operatus est aduite sue sustentationem. quando ei uacauit euangelium predicare. Hic fortasse aliquis dicat. si corporale opus operabatur apls unde uitam istam sustentaret. quod erat ipsum opus. & quando ei uacabat & operari. & euangelium predicare. RESPONSIO Utrumque ipsius scriptis agnoscitur. Nam quod die & nocte operatus sit manibus. & qđ euangelium ab hierusalem usq; illiricum instantissime dī precauit ipse fatetur. Cui respondeo; puto me nescire. corporaliter tam operatum esse & inde incarne uixisse non utrentum potestate quam dñs apostolis dederat. ut euangelium annuntians de euangelio uiueret. Quid querendum est uel quale opus faciebat uel quando faciebat. unum scio quod innocenter & honeste que abta (apta) sunt. humanis usibus operabatur. sicut se habent opera fabrorum structorum. sutorum. rusticorum. & his similia. Neque enī honestas ipsa reprehendit superbiam eorum qui honesti uocari amant. & esse non amant. Non igitur dedignaretur apls siue rusticanum aliquod opus adgredi. siue inopificum labore uersari. Qui enim ait. sine offensione estote iudeis & grecis & ecclie dī. quos in hac causa reuereri possint ignoro. & si iudeos dixerint. patriarche peccora pauerunt. si grecos quos & iam paganos dicamus. & iam philosophos multum sibi honorabiles scutores habuerunt. Si ecclam dī homo ille iustus & adtestimonium coniugalis semp mansure uirginitatis electus. cui disponsata erat uirgo maria que peperit xpm faber fuit.